quod beata Elyzabeth non in
Vin magnis neque mirabilibus super
se ambulare voluit, sed humi-
liter de se senciens, graciam sibi
concessam semper in se custodire
studuit. Attamen dicebat ei
consciencia sua, opera miseri-
cordie et humilitatis quae ipsa
exercebat, miraculis faciendis esse digna,
sicut ex quibusdam verbis ipsi-
us probari potest. Solebat ali-
quando ancillis suis, quas + loco[rum]
sororum honorabat, manicas
sive alias particulas tunice
sue ostendere et in simplicitate
cordis sui cum quodam sancto
ioco dicere illis: Vos domine
Vn si modo servaretis panniculos
istos puto + quod prudenter facere-
tis, + quia tunc non esset necesse
post mortem meam illos que-
rere, + quando sancta ero et domi-
nus per me miracula facturus
est. Si prophecia, nihil verius
illo. Nam post mortem tantis
et tot miraculis claruit, ut vix
aliquis illa non dico scribere,
sed nec narrare sufficiat.

+ Volens pius dominus ancille
sue merita declarare et refugii
civitatem in valle humilitatis
positam super montem celi
locare, tantis signis et prodi-
giis sepulchrum illius illustra-
vit, ut ex diversis provinciis
gracia consequende sanitatis

+) locorum [illegible]

pān
+ quia (?) q. [quod St.]
+ q'a
+ quoniam? q̄n [quando St.]

+ [illegible]